

1. Utinam iam adesset!
2. Quis id negare auderet?
3. Utinam is sis, quem ego quaero.
4. Utinam viro esset lex eadem, quae uxori est.
5. Utinam id ita esset! Sed id longe aliter esse video.
6. Utinam hic adesset atque audiret haec!
7. Quis non miraretur ad eum te mitti legatum?
8. Curate ne laudetis homines iniustos.
9. Homines saepe dicunt: utinam temporis futuri gnari essemus, utinam praeterita mutare possemus!
10. Utinam salutis patriae memores sitis.
11. Ne sitis superbi!
12. Utinam vobis auxilio nostro prodesse possimus.
13. Omnes cives labore assiduo nostrae rei publicae liberae prosint.